

contraria esse nequit absit enim ut Deo contrariet at stem, dolum
fallaciam vel hypocrisin tribuamus. Ex revelatione quoque certi,
de benigna Dei erga eternam nostram salutem voluntate, non
dubitemus externa nobis non nocitura. Angeli licet in somno
tibi non appareant, Scriptura tamen in circuitu tuo eos esse re-
velavit Ps. 34. 8. teque in manibus portare Ps. 91. 12. certior es ex
Scriptura de angelorum presentia, quam ex visione propria; haec
enim fallere potest; illa, quia Dei veritas, non potest.

XXIIX. Faciant ad seriam ad hortationem, ut in fidei
rebus post Scripturae jam constitutum canonem, nec revelationes
nec miracula attendamus, ijsve contra aut praeter Scripturam cre-
damus (jam dudum id contra Petilianum ex Scriptura Augustinus
demonstrant) multa ejusmodi finguntur, ipsaque Scriptura
ne credamus monet Deut. 13. 3. Mat. 24. 24. 2. Thes. 2, 9. Suspecta
ergo nobis juxta Gersonem omnis revelatio, quam non confirmat
lex cum Evangelio: oremus cum Augustino ne angelus appareat,
cum sola scriptura ad salutem sufficiat, cum Satanas in angelum
lucis se transformare queat, 2. Cor. 11. 14. cum angelorum appa-
ritio temere expetatur, quippe quae nec verbum nec promissum
habet.

XXIX. Faciant denique ab severam dehortationem:
ne prurientes habeamus aures & Schuervermerorum ructus, quos
contra ordinariam DEI in verbo revelationem evomunt, ijs-
dem excipiamus. Hoc enim agit Satan, ut Bibliorum codicem &
verbum predicatum nobis extorqueat. Hinc ut contemptum illorum
inducat ad sublimiora expetenda media invitatur: quasi verò si
induratus fores, plus quam Scriptura in te efficeret, Dei imme-
diata allocutio, atque in Caino Gen. 4. angeli apparitio, quam in
Bileamo Num. 22. miraculorum ostensio, quam in Pharaone:
somnia immissio, quam in statuam erigente Dan 3. Nebu-
cadnezare. Et ipsa Dei vox è monte Sinai quid in populo pre-
fracto effecit? Tu ergo medijs ordinarijs contentus,
ijsdemque non contrarius sis; sic
beatus eris.

Theol. evang. 91, 46